



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c. □ □ Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Teleph. 49—21. □ □

## Societas Speculatorum<sup>1</sup> Naturae<sup>1</sup> Hungaricorum.

Doctarum societatum per Hungariam illa maxima nuper in concilium sollemne<sup>2</sup> coacta est, ut annus, cum condita esset, septuagesimus celebraretur.

Princeps societatis, Béla Lengyel oratione elata<sup>3</sup> disseruit de felicibus progressibus,<sup>4</sup> quos novissimis temporibus disciplinae<sup>5</sup> speculationem<sup>5</sup> naturae<sup>5</sup> continentis<sup>5</sup> fecerunt. Memoravit telegraphum sine filo, quo in spem adducimur fore ut brevi tempore telephorum quoque sine filo inveniretur. Quaestio volandi desiit<sup>6</sup> quaestio esse, quamquam machinae volandi adhuc vitiosae<sup>7</sup> sunt. Primae naves multo vitiosiores erant,



Dr. Béla Lengyel, princeps Societatis.

multo plures homines perierunt fluminibus maribusque, quam nunc aëre. Non est dubium, quin etiam machinamenta<sup>8</sup> aëria tempore perfectiora fiant.


Non minores fecit progressus ars chemica. Inventionibus novissimis non solum inspectiones<sup>9</sup> rationesque,<sup>9</sup> quibus adhuc utebamur, funditus<sup>10</sup> eversae<sup>11</sup> sunt, sed etiam salus communis omnium expectatione<sup>12</sup> uberius<sup>13</sup> aucta est. Quibus rebus etiam cogitatio<sup>14</sup> hominum immutabatur:<sup>15</sup> opiniones<sup>16</sup> pravae<sup>16</sup> abolitae,<sup>17</sup> simul abolitae sunt dissensiones inter naturae speculationes<sup>5</sup> et religionem...

<sup>1</sup> természettudósok <sup>2</sup> ünnepi ülés <sup>3</sup> szárnyaló  
<sup>4</sup> haladás <sup>5</sup> természettudományok <sup>6</sup> megszűnik  
<sup>7</sup> tökéletlen <sup>8</sup> gép <sup>9</sup> elmélet <sup>10</sup> alaposan <sup>11</sup> elforgat  
<sup>12</sup> várakozás-(nál) <sup>13</sup> gazdagabban <sup>14</sup> gondolkodás <sup>15</sup> változik <sup>16</sup> balítélet <sup>17</sup> megszűntet

Et hercle<sup>18</sup> societas septuagenaria<sup>19</sup> sibi sumere potest superbiam, quaesitam meritis, quorum similia pars minima sodaliti<sup>20</sup> huius generis ostendere possit. Commentarii<sup>21</sup> societatis anno MDCCCLXIX vulgari<sup>22</sup> coepti sunt et magnum iam numerum voluminum efficiunt. Rerum<sup>5</sup> naturalium<sup>5</sup> ad sensum<sup>23</sup> popularem<sup>23</sup> accommodandi<sup>23</sup> gratiā eduntur libri a sociis scripti vel e gentium exterarum operibus excellentioribus conversi. Societas opes<sup>24</sup> quingentorum nonaginta milium coronarum habet, sociorum sunt novem milia septingenti septuaginta tres.

Iam nos societati illi ita cupimus, ut exinde quoque munera<sup>25</sup> sua ad salutem omnium nostrum quam felicissime exsequi<sup>25</sup> possit.

<sup>18</sup> valóban <sup>19</sup> hetvenéves <sup>20</sup> társaság <sup>21</sup> folyóirat  
<sup>22</sup> kiad <sup>23</sup> népszerűsít <sup>24</sup> vagyon <sup>25</sup> feladatot teljesít.



## LECTORIBUS MINIMIS.

### Auditorium<sup>1</sup> scholasticum.<sup>1</sup>

Sumus discipuli secundae classis gymnasii. In scholam quotidie, diebus festis exceptis,<sup>2</sup> ante octavam matutinam<sup>3</sup> venimus. Cum tintinnabulum<sup>4</sup> sonuit, suum quisque locum occupat et quietus magistri adventum exspectat. Praeceptor intranti cuncti assurgimus,<sup>5</sup> deinde oramus, tum discere incipimus: legimus, scribimus aut ad magistri interrogationes respondemus. Alii nostrum laudantur, alii vituperantur.

Forma auditorii nostri est quadrata. Auditorii longitudo est decem, latitudo septem, altitudo quinque metrorum. Auditorium unam habet ianuam,<sup>6</sup> fenestras quatuor.<sup>7</sup> Fenestrae nunc post scholas,<sup>8</sup> ut aer<sup>9</sup> immitatur, aperiuntur. In auditorio multa sunt utensilia.<sup>10</sup> Imprimis lignea<sup>11</sup> scamna<sup>12</sup>

conspiciuntur. In unoquoque scamno bini sedent discipuli. Unicuique nostrum unus est assignatus<sup>13</sup> locus, quem mutare non licet. Ultima subsellia<sup>14</sup> saepe «asinorum scamna» vocantur, quorum loca a pigris discipulis tenentur. In medio est suggestus,<sup>15</sup> in suggestu mensa et sella,<sup>16</sup> in qua praceptor sedere solet, cum docet. Prope posita est tabula ad scribendum, aquaemanalis,<sup>17</sup> in quo manus layamus, urceus,<sup>18</sup> sapor et mantile,<sup>19</sup> praeterea armariola<sup>20</sup> parieti<sup>21</sup> inserta,<sup>22</sup> in quibus collectiones<sup>23</sup> insectorum<sup>24</sup> ac versicolorum<sup>25</sup> papilionum,<sup>26</sup> quae dignoscere<sup>27</sup> discimus, asservantur.

Scamna, mensa, sella et tabula est supellex<sup>28</sup> scholastica, quae a lignario<sup>29</sup> conficitur et reficitur. Parietes, qui sunt diligenter dealbati,<sup>30</sup> ornat Christus cruci affixus, aliquot tabulae<sup>31</sup> geographicae<sup>31</sup> et complures imagines picturaeque vitam cultumque<sup>32</sup> diversarum gentium illustrantes.<sup>33</sup> In angulo<sup>34</sup> fornacem<sup>35</sup> videmus, quo auditorium hieme calefit.<sup>36</sup>

In cathedra creta, spongia, atramentarium,<sup>37</sup> calamus<sup>38</sup> scriptorius,<sup>38</sup> nostri commentarii<sup>39</sup> nec non acta<sup>40</sup> diurna<sup>40</sup> classis<sup>40</sup> nostrae<sup>40</sup> sunt deposita; sed quotidie ante scholas e mensa promuntur.<sup>41</sup> Cretā in tabula scribimus, spongiā autem madafactā<sup>42</sup> supervacuam<sup>43</sup> scripturam delemus. Solum<sup>44</sup> auditorii quotidie a custode gymnasii eiusque adiutoribus verritur.<sup>45</sup> Semel in hebdomade<sup>46</sup> in scholis Polonicis in suggestum ordine ascendimus et coram<sup>47</sup> condiscipulis ac magistro pulcherrimos nostrorum optimorum poetarum locos ex memoria pronuntiamus.<sup>48</sup> Quamobrem maximam habemus gratiam imperatori Francisco Iosepho I, quo imperante patrium sermonem colere nobis permissum est, cum fratres

1 tanterem 2 kivéve 3 reggeli 4 esengettyű 5 föl-  
áll 6 ajtó 7 ablak 8 tanítás 9 levegő 10 holmi  
11 fa- 12 pad 13 kijelöl 14 ülőhely 15 emelvény  
16 szék 17 mosdó 18 korsó 19 törülköző 20 szekrény  
21 fal 22 beilleszt 23 gyűjtemény 24 rovar 25 tarka  
26 pillangó 27 megkülönböztet 28 bútor 29 asztalos  
30 meszel 31 térkép 32 művelődés 33 ábrázol 34 sarok  
35 kályha 36 fülk 37 tintatartó 38 író toll 39 füzet  
40 osztálykönyv 41 elővesz 42 nedvesít 43 felesleges  
44 föld 45 seper 46 a hét 47 előtt 48 előad

nostrī in Regno Polono<sup>49</sup> et in Borussia<sup>50</sup> alieno sermone inter se colloqui vi cogantur.<sup>51</sup>

Nonnunquam auditorium nostrum in carcerem<sup>52</sup> mutatur, in quem petulantes<sup>53</sup> pueri propter pigritiam a magistro post scholas concluduntur, ut secum<sup>54</sup> reputare<sup>54</sup> possint, quomodo se in scholis gesserint. Primā pomeridianā<sup>55</sup> scholis peractis iterum oramus et dimittimur meridianum<sup>56</sup> cibum<sup>56</sup> sumpturi.

(Galicia.)

Lad. Lud. Podobinski,  
Neosandecensis.

### E Publilii Syri Sententiis.

13. Caeci<sup>1</sup> sunt oculi, cum animus alis res agit.
14. Comes facundus<sup>2</sup> in via pro viatico<sup>3</sup> est.
15. Contra impudentem stulta est nimia ingenuitas.<sup>4</sup>
16. Cui plus licet, quam par<sup>5</sup> est, plus vult quam licet.
17. Cuius dolori remedium<sup>6</sup> est patientia.
18. Damnum appellandum est cum malā famā lucrum.<sup>7</sup>
19. Deliberando<sup>8</sup> saepe perit occasio.
20. Deliberandum est diu, quod statuendum<sup>9</sup> est semel.
21. Desunt<sup>10</sup> inopiae pauca, avaritiae omnia.

22. Discipulus est prioris<sup>11</sup> posterior dies.  
23. Ducis in consilio<sup>12</sup> posita est virtus militum.


24. Ex vitio alius sapiens emendat<sup>13</sup> suum.  
A. Danczer.

49 Lengyelország 50 Poroszország 51 kényszerít  
52 börtön 53 pajkos 54 megfontol 55 délutáni 56 délebed.  
1 vak 2 beszédes 3 útravaló 4 nemeslelkűség 5 méltányos, illő 6 orvosság 7 nyereség 8 fontolgatás 9 elhatároz 10 hiányzik 11 előbbi 12 bölcsesség 13 javít.



Franciscus Reichelt vestitor<sup>1</sup> Austriae affirmavit se umbellam<sup>2</sup> confecisse, qua ex alto securus<sup>3</sup> delabi posset. Ad cuius umbellae periculum<sup>4</sup> faciendum<sup>4</sup> Parisios profectus est, ut ex turri Eiffeliana desiliret. Amicis dissuadentibus rem horrendam ausus est. Sed in desiliendo umbella non aperiebatur et vestitor infelix membris fractis humi in longum porrectus<sup>5</sup> est.

1 szabó 2 ernyő 3 biztonságban 4 kipróbál 5 elterül.



### Caligulae.<sup>56</sup>

Ad fabulam Colomanni Mikszáthii. In Latinum convertit: — il.

Superiore nocte coelum nubibus<sup>1</sup> atris inductum<sup>2</sup> erat. Foeda tempestas<sup>3</sup> orta est. Ventus vehementissimus saeviebat, fulgura crebra micabant<sup>4</sup> et continuis tonitribus corda tremefiebant.<sup>5</sup> Nunc iam imber remisit, ventus resedit, tempestas desiit, sed frondes<sup>6</sup> arborum discerptae<sup>7</sup> humi iacent, folia herbaeque guttis<sup>8</sup> imbrium fulgent, in plateis magna vis aquarum volvitur.<sup>9</sup>

Coelum nubibus adhuc obductum et triste

est, faciei<sup>10</sup> senis Iosephi Bizii simile, qui corpore incurvato,<sup>11</sup> pedibus errantibus Viā Longā cum caementario<sup>12</sup> Stephano Szücsio pergit.<sup>13</sup>

Dum colonae<sup>14</sup> per saepta<sup>15</sup> viros oculis prosequuntur, una earum, Anna alloquitur vicinam viduam:<sup>16</sup>

— Quam debilis<sup>17</sup> factus est senex! Quod quidem non est mirandum, nam filia eius mortua est, pecora<sup>18</sup> perierunt, horreum<sup>19</sup> flammis correptum, equi a latronibus subducti.<sup>20</sup>

— Irā divinā afflictus est — inquit vidua — quia impius fuit et divitias nefariis<sup>21</sup> manibus gessit.

— Ex quo filius eius morbo gravi et mortifero affectus est — respondit Anna — om-

1 felhő 2 borít 3 zivatar 4 cikázik 5 reszket  
6 lomb 7 eltép 8 csepp 9 hömpölyög 10 arc 11 hajlott 12 kőműves 13 mégy 14 paraszttasszony 15 kerítés 16 özvegy 17 gyenge 18 három 19 szérű 20 ellop 21 istentelen

## Carmen Alexandri Petőfi.

«Mi foly ott a mezőn?» Latine vertit Guilelmus  
Lehmann Vratislaviensis.

Quid rigat<sup>1</sup> pratium virens? Feratur rivus raptim  
Coloris albi rivus. Per prata graminosa.<sup>3</sup>  
Quid rigat os puellae? Splendidus florebit  
Maeroris umor<sup>2</sup> divus. Liquore<sup>2</sup> sparsa rosa.

Sed quando flet puella,  
Dolore gravi prendor.<sup>4</sup>  
Nam roseus genarum<sup>5</sup>  
Ah! rore<sup>6</sup> tabet<sup>7</sup> splendor.

<sup>1</sup> öntöz <sup>2</sup> nedv <sup>3</sup> pázsitos <sup>4</sup> elfog <sup>5</sup> orca <sup>6</sup> harmat  
<sup>7</sup> sorvad.



In urbe Lodz Cyganiewicz insignium  
virium adulescens, qui anno superiore ten-  
tamen maturitatis subiit, nunc quaestus<sup>1</sup>  
causa<sup>1</sup>. luctator<sup>1</sup> prodiit. Iam aliquot aemu-  
los<sup>2</sup> vicerat; tum ei cum Cartagenio Italo  
luctandum erat. Sed vix manus consere-  
bant, cum ab Italo comprehensus,<sup>3</sup> paene  
examinatus procubuit, ita ut mortuus esse  
creditus sit. Multi temporis erit,<sup>4</sup> dum lucta-

nes suas divitias pauperibus transmissurum  
vovisse<sup>22</sup> dicitur.

— Quibus factis tamen Deus expiari<sup>23</sup> non  
vult — interfatur<sup>24</sup> vidua. — Nuperrime<sup>25</sup>  
quoque, cum afferretur simulacrum<sup>26</sup> Beatae  
Mariae Virginis, quod delubro<sup>27</sup> vovit, sub  
curru pons rivi corrui, equi perierunt,  
currus una cum simulacro in pusillas<sup>28</sup>  
partes confractus est.

— Quid, quod superiore nocte crux<sup>29</sup> quo-  
que lapidea<sup>29</sup> in sepulcreto<sup>30</sup> fulmine tacta  
est? — subiecit Anna — eaque heri modo<sup>31</sup>  
sumptu<sup>32</sup> maximo posita erat.


— Tum certissime ad eam inspectandam  
eunt — dixit vidua. — Age,<sup>33</sup> Andrea, mi  
fili, vide, quo sint ituri.

«Filius vici»<sup>34</sup> (sic enim nominabant vulgo  
coloni puerum hunc orbem)<sup>35</sup> invitus<sup>36</sup>  
iter<sup>37</sup> ingressus<sup>37</sup> lento gradu eos sequebatur.

Feminae recte dixerunt. Viri in sepulcre-  
tum ibant.


tor ille adulescens iterum in publicum  
prodeat.

<sup>1</sup> díjbirkozó <sup>2</sup> versenytárs <sup>3</sup> megfog <sup>4</sup> időbe kerül.



Nonne flos rarus nobis apparet? Nec  
tamen est flos, quem videmus. Est bulla<sup>1</sup>

saponis! Aquae sa-  
ponis aliquantum  
glycerini admisce-  
tur,<sup>2</sup> qua re effici-  
tur, ut bullae ex  
hoc liquore<sup>3</sup> pa-  
ratae satis firmae  
stabilesque fiant.  
Quo<sup>3</sup> si florem illi-  
verimus,<sup>4</sup> facile ei  
bulla saponis ad-  
haerebit, quae nonnunquam aliquot horas,  
immo dies immota manet.



<sup>1</sup> szappanbuborék <sup>2</sup> hozzákever <sup>3</sup> folyadék <sup>4</sup> illino  
beken.

Crux lapidea in duas partes fracta humi  
iacebat. Quam usque ad ipsas litteras in-  
auratas<sup>38</sup> «Ad gloriam Dei posuit Iosephus  
Bizius» fregit fulmine Deus, quasi diceret:  
«Non est mihi opus laude tua, Iosephe; nec  
simulacrum illud mihi placuit, neque haec  
crux».

Senex caput a dono suo avertit neque  
ausus est oculos ad coelum tollere, sibi  
adeo iratum.

— Discedamus hinc — dixit Stephanus.

— Ferruminabis<sup>39</sup> ne fragmenta crucis? —  
interrogat senex.

— Quod Deus avertat! — respondit ille. —  
Quae manibus Dei fracta sunt, nefas ho-  
minibus ferruminare. Maximas hercle persol-  
vis<sup>40</sup> Deo poenas,<sup>40</sup> Iosephe!

<sup>22</sup> megfogad <sup>23</sup> kiengesztel <sup>24</sup> közbeszól <sup>25</sup> minap  
<sup>26</sup> szobor <sup>27</sup> kápolna <sup>28</sup> apró <sup>29</sup> kőkereszt <sup>30</sup> temető  
<sup>31</sup> csak <sup>32</sup> költség <sup>33</sup> ugyan <sup>34</sup> falu <sup>35</sup> árva <sup>36</sup> kellett-  
lenül <sup>37</sup> elindul <sup>38</sup> megaranyoz <sup>39</sup> összeragaszt  
<sup>40</sup> bűnhődik



**Ad lectores.** Compluribus sociis rogantibus commercium<sup>1</sup> litterarum<sup>1</sup> inter lectores instituere decrevimus. Quamobrem, si quis rogandi vel nuntiandi quidquam habeat, quod ad utilitatem<sup>2</sup> communem<sup>2</sup> spectare videatur, adeat moderatorem, cuius erit editio digna cum lectoribus communicare. Inveniri enim poterit, cuius interfuturum<sup>8</sup> sit<sup>3</sup> scire, quales sint rationes<sup>4</sup> illius et illius urbis, scholae etc., qui tesseras<sup>5</sup> commutare vel aliquid cognoscere velit, ad quod assequendum aliorum consilii egeat aliaque huius generis.

Praesertim nostrum fore pollicemur<sup>6</sup> litterarum commercium linguā Latinā (aliāve) inter discipulos nostrates exterosque conciliare.

**Alexander Bisson** fabularum<sup>7</sup> scenicarum<sup>7</sup> scriptor Gailorum eminentissimus sexaginta quattuor annorum aetate mortuus est.

— Crede mihi, Stephane, non sum pravus homo.

— Avarus fuisti, inhumanus superbus! Fenus<sup>41</sup> iniquum<sup>41</sup> exercebas, ut divitias tibi colligeres!

Dentes senis colliduntur.<sup>42</sup> Oculos errantes<sup>43</sup> ad puerum vertebat, qui arbori innisus<sup>44</sup> in viris stupebat.<sup>45</sup>

— Accede propius, mi fili — inquit senex.

— Sine<sup>46</sup> domum eat, ne surae<sup>47</sup> eius frigore rigeant — respondit caementarius.

— Cur non induisti<sup>48</sup> caligas<sup>49</sup> pedibus? — interrogat senex.

— Non habeo caligas.

— Quare pater eas faciendas non curat?

— Pater mihi mortuus est.

Senex in cogitatione defixus est. Quomodo adolescet<sup>50</sup> hic miserrimus amoris expertus?...

Tacitus comprehendit dextram pueri eum-

Vir ille defunctus, qui facetiarum<sup>8</sup> Gallicarum lumen clarissimum erat, comoediarum multitudine sibi nomen gloriamque paravit. Etiam nobis notissimae sunt fabulae, quae in sermonem nostrum conversae, passim<sup>9</sup> per Hungariam actae conversae, etiam in nostram, convertebatur.

**Arminius Bang**, scriptor clarissimus Danorum, patriā procul, cum Americae urbes recitandi causa circumiret, morte oppressus est. Vir quinquaginta trium annorum maximam sibi gloriam paravit fabulis<sup>10</sup> Romanensibus,<sup>10</sup> quarum magna pars in linguas exterarum gentium, etiam in nostram, convertebatur.

**Urbs Novum Eboriacum** novam curiam<sup>11</sup> urbanam<sup>11</sup> aedificandam curat centum septuaginta metra altam, cuius fundamenta quadraginta quattuor metra depressa erunt. Sumptus aedificii ducenties milies milibus reputantur. In curia plus octo milia magistratuum collocabuntur, quorum erit administrationes urbanos exsequi. In hypogaeis<sup>12</sup> spatiosis<sup>12</sup> plurima machinamenta instituuntur, quibus omnes partes aedificii

1 érintkezés levél útján 2 közérdeklődés 3 érdekében áll 4 körülmény 5 helyeg 6 közvetít 7 szindarab 8 élc 9 szerte 10 regény 11 városháza 12 mély

que secum duxit Viā Magnā ad sutorem.<sup>51</sup> Ibi caligas emit puero.

Interea sol eluxit. Facies tristis Iosephi tabernā<sup>52</sup> discedentis pariter candore solis perfunditur eique coelum mire serenum<sup>53</sup> arridere<sup>54</sup> videtur. Senex quasi onere magno levatus dixit:

— Da mihi dextram, mi fili, et veni ad me, pro patre mortuo pater tibi ero.


Cum domum advenissent, servus senis iam exspectabat dominum, ut ei nuntiaret equos subductos repertos esse filiumque eius extra periculum.

Senex Bizius grato animo suspexit in coelum dicens:

— Quantum distat<sup>55</sup> coelum, binis<sup>56</sup> caligulis<sup>56</sup> tamen unā horā attingi potest!

41 uzsora 42 vacog 43 révedező 44 támaszkodva 45 bámul 46 hagy 47 lábikra 48 felhúz 49 cipő 50 felnő 51 cipész 52 bolt 53 derült 54 rámosolyog 55 távol van 56 egy pár csizmácska.

calefient, collustrabuntur, aëre recenti sup-  
peditabuntur.<sup>13</sup> Ad quæ machinamenta mi-



nistranda<sup>14</sup> propria via ferrata electrica  
paratur.

**A. III** erat nomen navis subnatantis,<sup>15</sup>  
Britanniae, quæ cum navi Hazard prope  
insulam Vectim<sup>16</sup> collidebatur.<sup>17</sup> In navi  
quattuor praefecti cum decem nautis erant.  
Hazard confestim nuntium per telegraphum  
sine filo Portum<sup>18</sup> Magnum<sup>18</sup> misit, unde  
compluria navigia servandi causa proficisce-  
bantur, sed sero.

**Emanuel** e nobilibus Martonne, scholae  
Sorbonnensis magister celeberrimus a so-  
cietate geographorum Hungarica invitatus  
Budapestinum venit, ut de Carpathibus meri-  
dianis<sup>19</sup> verba faceret. Enarrationi<sup>20</sup> eruditis-  
simae multitudo virorum doctorum femina-  
rumque intererat verba viri clarissimi clamo-  
ribus ac plausu prosequentes. Martonne regio-  
num montanarum magnam partem perscruta-  
batur,<sup>21</sup> non minime Carpathes nostros.

**Incolis Europae**, qui hoc tempore frigo-  
ribus maximis cruciantur, mirum videtur  
militibus Italicis in terra Tripolitana pugnan-  
tibus mirabilem speciem,<sup>22</sup> quæ vulgo fata<sup>23</sup>  
morgana<sup>23</sup> dicitur, oblatam esse. *Z. Hallay.*

**Viri docti** Graeciam, quod ad terrae  
motus<sup>24</sup> attinet, primum locum in Europa,  
alterum autem in orbe terrarum obtinere  
affirmant. Paucis diebus ante maris Ionici,  
insulis, imprimis Zacyntho et Cephalleniae  
(hodie Zante et Kephallenia) terrae motibus  
afflictis detrimenta<sup>25</sup> vicies milies milium  
drachmarum illata sunt. Homines octo neca-  
bantur. *Idem.*

**A Collegio Rákócziano** (Budapest, II.,  
Oszlop-utca 35.) festis paschalibus — a  
die 29. mensis Martii usque ad 10. Aprilis —  
studiorum causâ in Italiam, itinera insti-  
tuentur, quorum alterum Romam (pretio 120  
coronarum), alterum Neapolim (180 coronis)  
futurum est.

Qui se iterum socios profiteri volunt,  
litterulis Collegium adeant, unde minutim<sup>26</sup>  
edocebuntur.

**In officina**<sup>27</sup> machinatorum<sup>27</sup> con-  
sortii<sup>28</sup> Norinbergensi calamitas magna facta  
est. Motores<sup>29</sup> navibus<sup>29</sup> propellendis<sup>29</sup> para-  
bantur, quorum machinatores<sup>30</sup> cum opera-  
riis experimenta facturi erant. Inter haec  
experimenta — ignotum quo modo — ignis  
excitabatur, mox concussio<sup>31</sup> ingentissima  
audita. Machinatores operarii<sup>32</sup> emanante<sup>32</sup>  
vapore fervido ac ferramentis<sup>33</sup> disiectis  
graviter vulnerabantur. Circiter viginti homi-  
nes locum circumsteterunt, e quibus vix  
tres quattuorve in vita manebunt. Quattuor  
extemplo<sup>34</sup> necati, quinque, cum in valetudi-  
narium<sup>35</sup> portarentur, mortui sunt. Corpora  
omnium terribilem in modum mutilata.<sup>36</sup>

<sup>13</sup> tágas pincehelyiség <sup>14</sup> ellát <sup>15</sup> tenger alatt járó  
<sup>16</sup> Wight <sup>17</sup> összeütközik <sup>18</sup> Portsmouth <sup>19</sup> déli <sup>20</sup> elő-  
adás <sup>21</sup> átkutat <sup>22</sup> látvány <sup>23</sup> délibáb <sup>24</sup> «rengés»  
<sup>25</sup> kár <sup>26</sup> részletesen <sup>27</sup> gépgyár <sup>28</sup> részvénytársaság  
<sup>29</sup> hajómotor <sup>30</sup> mérnök <sup>31</sup> robbanás <sup>32</sup> kiárad  
<sup>33</sup> vasdarab <sup>34</sup> legott <sup>35</sup> kórház <sup>36</sup> megcsontít.

## Quo vadis? XIX.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danzer*.

Vinicius cum vespere domum rediret,  
forte conspexit lecticam Petronii, qui modo  
apud fratres Sosios, celeberrimos Romae  
bibliopolas<sup>1</sup> ad profectionem novos libros  
sibi emerat. Petronius de curru descendens

<sup>1</sup> könyvkereskedő

communicabat<sup>2</sup> cum Vinicio, Caesarem totamque aulam principis, iam paratam esse ad proficiscendum.

Vinicius obstupefactus<sup>3</sup> vultum Petronii intuebatur.

— Ignorasne Ahenobarbum raucum<sup>4</sup> esse hodieque in omnibus templis diis sacrificari,<sup>5</sup> ut vocem quam primum recipiat? Exsecratur<sup>6</sup> caelum<sup>7</sup> Romae nihilque malit, quam urbem nostram aut solo<sup>8</sup> aequare,<sup>8</sup> aut incendio<sup>9</sup> delere.<sup>9</sup> Perendie<sup>10</sup> Antium profecturi sumus. Etiam tibi nobiscum veniendum est.

Iuvenis, qui nunc beatissimus sibi videbatur, Petronium non diu celare<sup>11</sup> potuit, se iam sponsum<sup>12</sup> felicem esse Lygiae.

— Nisi qui se beatum putat, vere beatus dici potest. Utinam tibi omnia semper prospere eveniant! Cupio omnia, quae ipse tibi fieri vis, respondit Petronius.

Vinicius vix domum adveniens per dispensatorem<sup>13</sup> omnes servos servasque, quas domi suae habuit, intromitti iussit. Servi, qui per fauces<sup>14</sup> undique accurrebant, mox complebant atrium. Patricius iuvenis sic eos allocutus est:

«Omnes, qui iam viginti annos familiae nostrae servitis, cras coram praetore manu<sup>15</sup> mittere<sup>15</sup> mihi in animo est. Ceteri pecuniā aliisque muneribus, donabuntur. Iis autem, qui in ergastulis<sup>16</sup> sunt, veniam<sup>17</sup> impunitatemque<sup>17</sup> do. Scitote enim, diem felicitatis mihi hodie illuxisse.<sup>18</sup> Etiam vos omnes felices laetosque videre volo».

Vinicius gestu dimisit servos mirantes. In domo tribuni ubique laetitia agitabatur<sup>19</sup>...

Postquam Petronius domum se recepit, iuvenis per litteras Lygiam certiozem fecit cum imperatore Antium proficiscendum esse simul valedixit puellae dilectissimae...

Postero die multitudo ingentissima expectabat pompam Caesaris, quisque apparatus splendidum aulae imperatoris suis oculis videre voluit. Milia servorum, redae<sup>20</sup> et currus diversi generis, ebore<sup>21</sup> auroque prodigialiter<sup>22</sup> distincti<sup>22</sup> spectabantur. Tentoria<sup>23</sup> rubra, violacea, alba, tapeta<sup>24</sup> pretiosissima, supellectiles,<sup>25</sup> utensilia<sup>26</sup> coquendi,<sup>26</sup> caveae<sup>27</sup> cum avibus, quorum cerebra<sup>28</sup> aut linguae culinae<sup>29</sup> destinatae erant: haec omnia immensā petoritorum<sup>20</sup> servorumque multitudine vehebantur.

Inter spectantes erat etiam Petrus Apostolus cum Lygia et Urso, firmissimo in tanta multitudine praesidio.

Murmur subitus immensae turbae Nerone in Caesarem, tunicā alba togāque amethystinā indutum, in redā reclinatum<sup>30</sup> oculos dirigit, hic quoque senem venerandum paulisper intuetur.

Hoc temporis momento fortuito duo do-



Portus Antii.

mini orbis terrarum se inter se acerrime contemplantur: alter, Caesar potentissimus, somnii<sup>31</sup> cruenti<sup>31</sup> similis mox evanescens,<sup>32</sup> alter, senex vili vestē indutus, doctrinā suā urbe et orbe in aeternum potiturus...

2 közöl 3 esodálkozik 4 rekedt 5 áldozatot bemutat  
6 átkoz 7 levegő 8 földig lerombol 9 felgyújt 10 holnapután  
11 titkol 12 vőlegény 13 rabszolga felügyelő  
14 folyosó 15 felszabadít 16 dologház 17 bűnbocsánat  
18 fölvirrad 19 uralkodik 20 utazókocsi 21 elefántcsont  
22 gazdagon díszít 23 sátor 24 szőnyeg 25 bútor  
26 konyhaeszköz 27 kalitka 28 agyvelő 29 konyha  
30 hátradől 31 véres álom 32 eltűnik



**Magister** (in interpretatione Caesaris Belli Gallici): In hoc proelio Romani ancipiti Marte pugnabant et a hostibus adeo turbabantur, ut Caesar in hac oratione obliqua coniunctivum ponere oblitus sit. F. B.

**Amicus** (ad avarum): Audivi hospites ad te venturos esse.

**Avarus.** Si venerint, aderunt et vivant viginti annos; si non venient, vivant quadraginta annos!  
Z. Hallay.

— **Scisne**, quomodo per<sup>1</sup> dolum<sup>1</sup> asinus  
prehendatur?<sup>2</sup>

— Nescio.

— Non eris iratus, si rem demonstraro?

— Non ero.


— Praesta mihi fidem!<sup>3</sup>

— En manus mea!

Alter manu comprehensā: Sic — in-  
quit — asinus per dolum prenditur.

Eug. Tucker.

<sup>1</sup> csellel <sup>2</sup> megfog <sup>3</sup> szavadat.



I.

**Animal** est pedibus celerrimis; litterā  
antepositā struem<sup>1</sup> significat. C. Tertis.


II.

**Hae syllabae** singulis litteris postpositis  
ita ordinentur, ut ultimis litteris nomen  
imperatoris Romani efficiatur: To-, ape-,  
aul-, sib-, arc-, grame-, gen-, ru-. C. Tertis.

III.

**Habeo** quinquaginta duos fructus: triplo<sup>2</sup>  
plus<sup>2</sup> mālorum, quam pirorum et triplo plus  
prunorum<sup>3</sup> quam pirorum. Quot habeo māla,  
pira, pruna? Eug. Tucker.

IV.



Hae duodecim lit-  
terae ordine lectae  
nomen Romani cla-  
rissimi reddunt.

B. Farkas.


<sup>1</sup> rakás <sup>2</sup> háromszor annyi <sup>3</sup> szilva.

### Solutiones aenigmatum numeri 10.

I. Vergilius. — II. Famulus quattuor vitel-  
los emit 160 coronis, octo anseres sexaginta  
quattuor coronis, duodenonaginta pullos

176 coronis. — III. Corvus-torvus. — IV. 20,  
32. — V. Primus inter pares.

**Aenigmata recte dissolverunt**: E. Brenek,  
A. Dirner, A. Fejér, Elisabetha Flatt, I. Géczy,  
Eug. Grünfeld, F. Harsághy (*cur bis solutio-  
nem misisti?*), L. Hertelendy, F. Mantz,  
P. Mercier, F. Nagel, Lad. Lud. Podobinski,  
A. Révffy, O. Reimlinger, L. Szarka, Elisa-  
betha Székely, Gisella Tarczay, fratres Totis,  
Eug. Tucker, I. van der Laar, Ioannes Weisz,  
P. Winkler, I. Zámodycs. **Praemium fratri-  
bus Totis addictum est.**



**Picus et columba** (non columna, ut identidem scri-  
bis) est fabula notissima. Sed mittas mihi aenigma,  
quale iam miseris. — **Georgius B.** Opuscula tua rite  
mihi reddita sunt. At te quoque rogo, ut patientiam  
adhibeas. Sensim vulgabuntur, sed tempus vulgandi  
praescire nequeo. Nunc carmina ad (in?) nostram  
vernaculam vertis? Ubi ea publicari velis? — **Eug.  
Tucker.** Quadratum arithmeticum iam pridem vulga-  
tum est; fabulae notissimae sunt. — **Pártos.** Alterum  
iam prodiit, alterum tritum est. Ceterum recte utra-  
que descripsisti, quamobrem te meliora missurum  
scio. — **Aeronautica** (Székely etc.). Quamquam vere  
recteque novissima de arte per Hungariam volandi  
retulisti, paulo serius mihi reddita sunt. Recen-  
tiores mitte! — **P. Konez.** Iam prodierat, quod mi-  
sisti. — **Gondos.** Rem bene descripsisti, sed non est  
satis faceta. — **Kerényi.** Aenigma longiusculum est. —  
**Grünfeld.** Post «Vergilium» aenigma tuum facillimum  
est. Aliud mittas. — **Franciscus H.** Hexametros satis  
lepidos fecisti, sed plurimi sunt proverbialia antiquitus  
tradita, quae mutare noli. Quod ad aenigma imagini-  
bus delineatum attinet, ne obliviscere formam numeri,  
qui hodie zero dicitur, Romanis ignotam fuisse. —  
**Ludovicus Sz.** Fabula notissima est, quā timeo fore,  
ut lectores nostri delectentur. — **Gisella T.** Pro litteris  
tuis, quas mihi mittere properasti, gratias ago; item  
pro imagine, quam simili referre non recusabo, si-  
mulac meam lucis operā exprimentam curavero. —  
**De beneficio villici.** Perbelle fabulam enarrasti, sed  
oblitus mihi esse videris addere, quoniam res specta-  
ret. — **Carolus P.** Alterum vulgatur, altero erimen  
laesae maiestatis (mortuae) continetur. — **G. Kerényi.**  
Doleo, quod nuntium paulo serius misisti. Exinde  
propera, carissime Georgi. — **Fl. Perhács.** Tuum  
prohibet. — **Aemilius Lustig.** Perlegam tuum, mox  
epistolam mittam. — **Lóky.** Tuum brevi tempore eden-  
dis insertum est. — **Lhm. Vratislaviae.** Quam vellem  
tua simul communicare cum lectoribus nostris! Tam  
pulchra, tam lepida sunt! — De reliquis proxime.

Moderator ephemeridis **STEPHANUS SZÉKELY DR.**  
**Budapestini, Üllői-út 71.,** ad quem litterae quae-  
cunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar  
Középiskola.